

*136. Instrumentum venditionis di
Francesco de Stampa in favore della
chiesa cattedrale di S. Gerardo*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*136. Instrumentum venditionis di
Francesco de Stampa in favore della
chiesa cattedrale di S. Gerardo*

1435-10-05

(c. 405r) In nomine domini nostri Iesu Christi amen.
Anno a nativitate ipsius millesimo quatricentesimo
«tricesimo» sexto, regnante serenissimo et illustrissimo
domino nostro domino Regnato Dei gratia Hierusalem
et Sicilie rege ac Andegavie, Bari et Lothoringie duce,
Provincie, Pontis marchione et Cenomanie comite,
regnorum vero eius anno primo felicit[er] amen, die
[q]uinto mensis octobris, quaterdecime indictionis, apud
[civi]tatem Potentie.

Nos Antonellus de Roto de Potentia ip[sius] civitatis
annalis iudex, Thomasius Strambus de Potentia publicus
ubilibet per provincias Principatus citra et ultra farum
Montorie «sic», Capitinate et Basilicate regia autoritate
notarius et testes subscripti ad hoc specialiter vocati et
rogati, presenti scripto publico fatemur atque testamur
quod predicto die eiusdem ibidem in nostri presentia
constitutus notarius Franciscus de Stampa de Potentia
non vi, dolo, metu ductus, ut // (c. 405r) dixit, nec
aliquibus suasionibus circumventus, sed sicut sibi utile,
expediens visum fuit, vendidit, alienavit et per fustis
tradicionem assignavit iure proprio et inperpetuum
venerabili viro dompno Luce de Zoffo cantori et
procuratori maioris ecclesie Potentine, ut dixit, et totius
capituli ibidem presenti, ementi et recipienti procuratorie
«sic» nomine et pro parte dicte ecclesie et luminarie
ipsius ecclesie et successorum ipsius, partem suam
i[n]tegram contingentem cuiusdam ysquitelli, sitam et
positam in tenimento civitatis Potentie, in contrata Pontis
Sancti Hyeronimi, quam habet insimul et indivis[am]
cum dicta ecclesia Sancti Girardi, confinatum ab una
parte iuxta flumen magnum, iuxta viam seu s[tra]t[a]m
publicam qua init ad predictam Potentiam, iuxta budale

molendini monasterii Sancti Luce, iuxta partem dicti ysquitelli dicte ecclesie et alios confines si piens habet in omni latere circumcirca; item cessit [.....] inrevocabiliter inter vivos cursus omnium aquarum ubicumque existentium et reperientium in omnibus suis terris dicte ecclesie luminarie quilibet coloni laborantes in terris dicte ecclesie luminarie dictas aquas possint libere portare et conducere absque impedimento solucionis, molestia et contrarietate quibuscumque ac conduci facere ad rigandum segetes, sata et lina cuiuscumque speciei et generis sint in terris dicte ecclesie et luminarie habitis et in futurum // (c. 406r) habendis per omnes terras dicti notarii Francisci venditoris, quam aquam capere et capi facere ad omniam voluntatem et necessitatem procuratorum ipsius ecclesie et luminarie, nulla requisitione fienda per omnes procuratores dicte ecclesie dicto venditori vel suis heredibus et successoribus exinde quomodolibet impetrand[a], [c]um iuribus, proprietatibus inter et extra, in dicto [ysqu]itello et dicto cursu aquarum antiquitus et de iure per[tin]entibus quovismodo ad habendum, tenendum et possiden[dum], utifruendum, donandum, permutandum, vendendum [et] quocumque modo dictis procura/toribus et successoribus ip[ius] predicte ecclesie et luminarie voluerint alienandum, cum [v]iis suis in dicto consquitello et cursu aquarum int[ran]di et capiendi et cum iuribus suis spectantibus quovis [mo]do. Pro qua quidem venditione dicti consquitelli et part[iculariter] excessione <sic> et donatione dicti cursus aquarum, dictus notarius Franciscus venditor coram nobis et dicto emptore nomine et pro parte dicte ecclesie confessus fuit se recepissee et manualiter habuisse in carlenis argenti, sexaginta per unciam et duobus pro tareno quolibet

computatis, tarenis <sic> viginti usualis regni peccunie
et ponderis generalis, totum libet precium venditionis
ipsius; promittentes dictam venditionem per se, suos
heredes et successores dicto dompno Luce procuratore
pro se et dictis clericis dicte ecclesie <et> successoribus
suis presenti et recipienti litem, controversiam // (c.
406v) vel questionem aliquam de dicta medietate dicti
ysquitelli et decursu aquarum predictarum ullo unquam
tempore inferre <nec> inferenti consentire vel assentire,
tam in proprietate quam tenuta, sed ipsam venditionem
et omnia et singula supradicta vel infrascripta ratam,
gratam et rata, grata habere, tenere et perpetuo observare
et contra ea non fa[cere], dicere et allegare vel venire,
per se, suos her[edes] et successores, in iudicio vel
extra iudicium, d[e i]ure vel de facto, aliqua occasione,
modo, ingenio [seu] tractatu ac de evitione teneri contra
quoscumque in[ritan]tes et molestantes ac impeden/
tes venditionem dicti ysqu[ite]lli, excessionem <sic>
cursus aquarum sub pena unciarum au[ri d]uarum de
carlenis, pro medietate silicet dicte pen[e regie] curie
vel alteri competenti curie ubi exinde facta fue[rit]
reclamatio seu querela et alia medietate dicto dom[p]no
Luce procuratori pro parte dicte ecclesie, luminarie et
successorum ipsius persolvenda, me predicto notario
tamquam persona publica pro parte dictarum curiarum et
dicto emptore procuratore, ut supra, presenti et recipienti
nomine dicte ecclesie et successorum suorum, pro se
et nomine quorum supra, a dicto venditore solemniter
stipulante et legitime penam ipsam. Qua soluta vel non
soluta seu gratiose remissa, predicta vendictio, cessio et
donatio sicut et omne predicta omnia et singula in suo
robore semper robore <sic> et efficacia perseverent, cum
refec(ti)one omnium damnorum interesse // (c. 407r) et

expensarum lites <sic> et extra litem que fierent propterea quoquomodo, de quibus stari et credi debeat assercioni cum iuramento dicti emptoris et suorum successorum, nulla alia probatione quesita. Et renunciavit super hiis dictus venditor pro cauthela dicti emptoris et subcessorum suorum exceptioni doli mali, vix, metus et in factum, exceptioni deceptionis et fraudis reique predicto modo non geste vel aliter habite quam superius continetur <et est> expressum, exceptioni dicte vero pecunie non habite et non recepte, non numerate pecunie, non boni argenti, legi resissorie qua decepte <sic> ultra dimidiam iusti precii sub[ve]nitur et generaliter omnibus aliis auxiliis et beneficiis omnium iurium atque legum et specialiter iuri dicenti generalem renunciari non valere et iuri per quod cavetur [quod predic]to iuri renunciari non potest, quibus suffragantibus dicta vendicio predictaque omnia possent in aliquo minui vel infringi. Pro quibus omnibus actendendis et inviolabiliter observandis et quod predicta omnia vera sunt, dictus venditor prefati emptori coram nobis presenti et recipienti corporaliter tacta ad sancta Dei evangelia prestitit iuramentum; unde ad futuram memoriam et dicti venditoris preces et prefati emptoris pro parte dicte ecclesie et subscriptorum ipsius factum est presens publicum instrumentum // (c. 407v) per manus mei predicti notarii, signo meo solito signatum, mei qui supra iudicis ac nostrorum subscriptorum testium subscriptionibus roboratum.

1

2

Così S per Heroncii

Così S per itur

3

4

5

6

7

8

9

10

11

Quod scripsi ego predictus Thomasius publicus ut
supra notarius qui premissis omnibus vocatus et rogatus
interfui ipsumque meo consueto signo signavi. Ego
Antonellus de Roto qui supra annalis iudex Ego dopnus
Angeli[nu]s de Maczarella testis sum Ego m(agister)
Laverius de P(o)p(u)lo testis sum Ego Nicolaus de
B[o]nito testis sum Ego Iacobus de Bone Iohanne testis
interfui et me subscripsi

Così S per quos

*Così S per dicti procuratores et successores piuttosto che
dictis-ipsis*

Così S per ysquitello

Così S per ysquitelli

Così S per scilicet

Così S per promictens

Così S per? sicut prefertur et

Così S per renunciationem

Così S per successorum